



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, biß zum völligen Schluß des ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover ; Tübingen, 1737

§.X. Schwedische Beschwerde über den Verzug in Restitutions-Sachen. Von Continuirung des Collegii Deputatorum ad Punctum Restitutionis; Von der Bulla Pontificia contra Instrumentum Pacis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51734)

1650. Bitte, Ihrer Majestät in diesem Post-Regal nicht vorzugreifen, Uns damit Ebt- 1650.
 licher Obacht empfehlend. Nürnberg den 20. Octobr. 1650. Octobr.

Des Hochlöblichen *Deputatorum Collegii*

Herrn Erant Protestation
 contra

Dienstwilliger
 Johann Erane.

Sententiam latam in der Regen-
 spurgischen Creditorum-Sach.

Extract Kayserliches Schreibens *de dato* Eberstorff den 26. Septembr. 1650.
 an Herr Vollmarn und Herrn Erane abgangen.

Clausula concernens.

Das Dritte aber, nemlich das Post-Weisen zu Nürnberg, Memmingen und Lindau betreffen thut, gehdret einzig und allein für Uns und nicht für die Stände, denen Wir über dieß Unser Kayserliches hohes Regal keine Cognicion einräumen können, und lassen es daher bey Unser so unterschiedlichmahl wiederholten gemessenen Resolution ein für allemahl bewenden, mit dem ausdrücklichen Befehl an Euch, daß Ihr selbiger strictissime nachkommet, und solches sowohl den Ständen in gemein, als denen Interessirten Parttheyen selbst deutlich anzeigen, und daß Ihr diesem also gehorsamst nachkommen, Uns mit nechsten verläßlich berichtet.

§. X.

Schwedische
 Beschwörung
 über die
 Verzögerung
 in den Resti-
 tutions-Sach-
 en.

Der in Nürnberg zurück gebliebene Schwedische Gesandte, Baron Oxenstiern, hatte indessen ein wachames Auge, auf die Fortstellung der *Restitutions-Sachen*, und hielt davor, man gehe darunter nicht mit gehdrigem Ernst zu Werk, daher Er, Freytags den 21. Octobr. dem Reichs Directorio vortrug; 1) Es gehe mit solchen Restitutions-Sachen sehr langsam zu: Man habe Ihm zwar eine Liste der bereits expedirten Sachen behändig, es wäre aber das Meiste davon nur bloß auf Commissiones ausgestellt und verwiesen, die wenigsten Casus hingegen expedirt; Mit den Commissionibus wolle es sich solchergestalt auch nicht thun lassen, indeme das meiste von selbigen wieder an den Convent verwiesen würde; Seine Königin habe Ihn gleichwohl hieher gesetzt, auf den Restitutions-Punct und dessen Expedition Acht zu haben, daher Er *Officii Causa* Erinnerung thun müsse, einen mehrern Ernst in der Sache zu bezeigen, und selbiger durch würckliche Execuciones ein Ende zu machen. 2) Müste Er vernehmen, daß etliche Gesandten der Meinung wären, sobald die 3. Monathe ad expediendos Casus Restitutionis zu Ende gelauffen wären, von hinnen abzureisen,

Von der Fort-
 währung des
 Collegii De-
 putatorum.

womit die Jurisdiction Collegii *Deputatorum* völig zerrinnen und darauf alles liegen bleiben würde: Dieses aber sey ganz irrig, indeme nicht die Zeit, sondern die *Expeditio Negotiorum commissorum* der eigentliche Terminus der aufgetragenen Jurisdiction sey; würde man nun auf der widrigen Meynung bestehen, und den Convent dissolviren, ehe alles und jedes völig exequirt sey; so müste Er darwider eine solenne Protestation einlegen, und seine Königin würde es pro *Contraventione Pacis* achten; 3) hätte der Churfürst zu Pfalz sich gegen Ihn in einem Schreiben beschwert, daß die Stände in dem Heylbrunnischen *Negotio*, den Unterhalt der Besatzung betreffend, so gar von Ihm absetzen, und Ihn an den Kayserlichen Hof verweisen wolten, da man doch wüste, daß daselbst nichts zu erhalten sey: Demnach Er, Oxenstiern, erinnern wolte, hierinnen bey dem Buchstaben des Haupt-Recessus zu verbleiben, mithin die so lang und viel gesuchte *Repartition* in den Fränckischen und Schwäbischen Creysß ohnverlangt auszustellen. 4) Sey Ihm von Wien ganz sichere Nachricht zugekommen, daß die Anno 1648. wider das *Instrumentum Pacis* von dem Pabst

Vom Unter-
 halt der Heyl-
 brunnschen
 Garnison.

Von der Bul-
 la Pontificia
 contra In-
 strumentum
 Pacis.

1650.
Octobr.

Pabst zu Rom ausgelassene und dieses Jahr wieder geregte Protestation, da selbst gedruckt, und mit Vorlegung einer neuen Präzation von dem Nuncio Apostolico ad Valvas Ecclesiarum durch ganz Oesterreich zu affigiren verordnet worden sey: Dieses wäre ein weitausehendes und dem Instrumento Pacis höchst präjudicirlich Werk, welchem in Zeiten zu begegnen, und allem daraus erwachsenden Unheil vorzubauen,

Er erinnert haben wolte. Der Württembergische Gesandte vermeldete darauf, daß besagte Pabstliche Protestation, welche allhier sub N. I. zu lesen ist, zu Wien zwar würcklich angeschlagen, aber auf ausdrücklichen Kaiserlichen Befehl wieder abgenommen worden sey. Ubrigens stellte man die Consultation über des Orenstirns Vortrag wegen verflorener Zeit vor dießmahl aus.

1650.
Octobr.

N. I.

N. I.

Bulla Pontificia adversus Instrumentum Pacis Westphalicæ.

S. D. N. D. Innocentii Divina Providentiæ Pape Christianissimi Declaratio Nul-
litate Articulorum, nuperæ Pactis Germania, Religioni Catholicæ, Sedi Apostoli-
cæ, Ecclesiis, aliisque Locis piis ac Personis & Juribus Ecclesiasticis quo-
modolibet præjudicialium.

Innocentius Papa Christianissimus ad perpetuam Rei Memoriam.

Zelo Domus Dei animum nostrum assidue commovente, in eam præcipue curam sedulo incumbimus, ut Orthodoxæ fidei integritas, ac Ecclesiæ Catholicæ dignitas & autoritas ubique facta recta conservetur, neve eorum, qui quærent sua potius, quam quæ Dei sunt, facta Jura Ecclesiastica, quorum asseriores a Domino constituti sumus, aliquod detrimentum accipiant, Nosque supremo Judicium rationem villicationis nostræ reddituri negligentia in credita Nobis administratione arguamur. Sane cum intimo doloris sensu accepimus, quod per complures, unius Osnabrugis die VI. Augusti præsentis Anni MDCXXXXVIII. inter Charissimum in Christo Filium Nostrum Ferdinandum, Romanorum Regem, in Imperatorem electum, cum Suis Fæderatis & Adhærentibus, ex una: ac Suecos cum Suis Fæderatis & Adhærentibus ex altera: nec non alterius Pacis Monasterii Westphaliæ, die XXI. Octobris ejusdem Anni MDCXXXXVIII. inter eundem Ferdinandum Romanorum Regem, in Imperatorem electum, cum Suis pariter Fæderatis & Adhærentibus ex una: atque charissimum etiam in Christo Filium nostrum Ludovicum, Francorum Regem Christianissimum, cum Suis similiter Fæderatis, ex altera, partibus, respectu initarum, Articulis gravissima Religioni Catholicæ, Divino Cultui, Sedi Apostolicæ & Romanæ, ac inferioribus Ecclesiis Ordiniq; Ecclesiastico, ac Jurisdictionibus, Authoritatibus, Immunitatibus, Libertatibus, Exemptionibus, Privilegiis, rebus, bonis ac Juribus illorum illata fuerunt Præjudicia. Etenim Pactioibus partim utriusque, partim alterius Pacis hujusmodi, inter alia Bona Ecclesiastica alias ab Hæreticis occupata, illis eorumque Successionibus in perpetuum addicuntur, Hæreticis Augustanæ, ut vocant, Confessionis liberum suæ Hæreseos Exercitium in plerisque locis permittitur, & locorum pro ædificandis ad hunc effectum Templis assignatio promittitur, ipsique cum Catholicis ad publica munia & officia, ad nonnullos Archi-Episcopatus, Episcopatus aliasque dignitates & beneficia Ecclesiastica, Precumque Primariarum, eidem Ferdinando Regi, in Imperatorem electo, a præacta Sede Apostolica concessarum, participationem admittuntur, Annata, Jura Pallii, Confirmationes, Menses Papales, & hujusmodi Jura, ac Reservationes, in bonis Ecclesiasticis dictæ Confessionis Augustanæ excluduntur. Confirmationes Electorum, seu Postulatorum præ-

§ ff ff 3

tenfo-

1650.
Octobr.

tenforum Archi-Episcoporum, Episcoporum, aut Pralatorum, ejusdem Confessionis Potestati seculari attribuuntur: Plures Archi-Episcopatus, Episcopatus, Monasteria, Præposituræ, Balliviæ, Commendæ, Canonicatus & alia Beneficia & Bona Ecclesiastica, Principibus hæreticis, eorumque hæredibus, etiam sublata Denominatione Ecclesiastica in Feudum perpetuum sub Dignitatis secularis Titulo conceduntur. Contra Pacem hujusmodi, ullumve ejus Articulum, nulla Jura Canonica vel civilia, communia vel specialia, Conciliorum Decreta, Religiosorum Ordinum Regulas, Juramenta aut Concordata cum Romanis Pontificibus, ullave alia Statuta, sive Politica, sive Ecclesiastica, Decreta, Dispensationes, Absolutiones, aut alias exceptiones allegari, audiri vel admitti debere disponitur. Numerus septem Electorum Imperii olim Apostolica Auctoritate præfinitus, sine Nostro & Sedis præfatæ beneplacito, augetur, & octavus Electoratus in favorem Caroli Ludovici, Comitis Palatini Rheni, Hæretici, instituitur, aliaque multa, quæ pudet referre, Orthodoxæ Religioni, Sedique præfatæ ac Romanæ & inferioribus Ecclesiis, cæterisque præmissis summopere præjudicialia & damnosa, decernuntur. Et quamvis Venerabilis Frater Pabius, Episcopus Neritornensis, Noster & Sedis præfatæ ad Tractum Rheni & inferioris Germaniæ Partes Nuncius extraordinarius, in Executionem Mandatorum nostrorum fuerit palam, Nostro & ejusdem Sedis nomine, protestatus, ejusmodi Articulos esse irritos, nullos, iniquos, ac per non habentes potestatem temere contractos, atque pro talibus ab omnibus habendos, ac notissimi Juris sit, quamcunque Transactionem seu Pactionem in rebus Ecclesiasticis, sine præfatæ Sedis auctoritate factam, nullam, nulliusque roboris & momenti existere, attamen, quo efficacius præmissorum indemnitati consultum sit, pro commissi Nobis ex alto Pastoralis officii debito providere volentes, ac Instrumentorum utriusque Pacis hujusmodi omnium in illis contentorum, cæterorumque hic etiam necessario exprimentorum & inferendorum tenores etiam veriores & datas, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus, pro plene & sufficienter expressis & insertis habentes, motu proprio, ac ex certa scientia & matura deliberatione nostris de Apostolicæ Potestatis plenitudine prædictos alterius seu utriusque Pacis hujusmodi Articulos, cæteraque in dictis Instrumentis contenta, quæ Catholicæ Religioni, Divino cultui, animarum salutem, eidem Sedi Apostolicæ Romanæ & inferioribus Ecclesiis, ac Ordini & Statui Ecclesiastico, illorumque Personis, membris, rebus, bonis, Jurisdictionibus, Auctoritatibus, Immunitatibus, Libertatibus, Privilegiis, Prærogativis, & Juribus quibuscunque, quomodolibet officiant, seu Præjudicium etiam minimum afferunt, aut inferre, seu intulisse, aut alias nocere, seu nocuisse, quoquo modo dici, intelligi, prætendi, vel censerî possent, cum omnibus inde secutis, & quocumque sequendis ipso Jure nulla, irrita, invalida, iniqua, injusta, damnata, reprobata, inania, viribusque & effectu vacua omnino fuisse, esse, & perpetuo fore, neminemque ad illorum & cujuslibet eorum, etiamsi juramento vallata sint, observantiam teneri, neque ex illis cuiquam aliquod Jus vel Actionem, aut Titulum coloratum, vel causam præscribendi, etiamsi longissimi & immemorabilis temporis possessio, seu quasi possessio, etiam citra ullam interpellationem, seu interruptionem, subsequatur, acquisitum fuisse, nec esse, minusve ullo tempore acquiri & competere posse, neque illa ullum facere vel fecisse, atque perinde, ac si nequaquam emanassent, pro non extantibus & non factis perpetuo haberi debere, tenore earundem præsentium decernimus & declaramus. Et nihilominus ad abundantioram Cautelam, & quatenus opus sit Articulos præfatos aliaque præmissa, ut præfertur, præjudicialia, motu, scientia, deliberatione, & Potestatis plenitudine paribus damnamus, reprobamus.

1650.
Octobr.

1650.
Octobr.

probamus, irritamus, cassamus, annullamus, viribusque & effectu
evacuamus, & contra illa, deque eorum nullitate coram Deo protestamur.
Et quatenus itidem opus sit, easdem Sedem Apostolicam, Romanamque
& inferiores Ecclesias, ac quælibet Loca pia, & quascunque Personas Ec-
clesiasticas, adversus illa in integrum ac pristinum, & eum, in quo ante
prædictam, & quascunque alias assertas seu præsentas anteriores Trans-
actiones, Pactiones seu Conventiones, circa præmissa ubicunque & quomo-
docunque factas, erant, statim restituimus, reponimus, ac plenarie red-
integramus. Præsentem quoque literas cum omnibus & singulis in eis
contentis, etiam ex eo, quod præfati & quicunque alii etiam speciali men-
tione & Expressione digni, & in præmissis, seu eorum aliquo, interesse ha-
bentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis nullatenus consense-
rint, nec ad ea vocati, citati, vel auditi, minusque causæ, propter quas
eædem præsentem emanarunt, deductæ, verificatæ, seu alias sufficienter,
aut etiam ullo modo justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subre-
ptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vicio, seu intentionis no-
stræ, aut alio quovis, quantumlibet magno, inexcogitato, & substantia-
li defectu, aut ex quovis alio capite, a jure vel facto aut Statuto vel con-
suetudine resultantem, aut ex quocunque alio colore, prætextu, causâ, &
occasione, notari, impugnari, invalidari, retractari, in Jus vel Contro-
versiam revocari, aut ad Terminos Juris reduci posse, sed easdem præsen-
tes semper validas, firmas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios
& integros Effectus fortiri & obtinere, ac omnibus & singulis per quos-
cunque Judices Ordinarios & delegatos, etiam Palatii Apostolici Audito-
res, nec non S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac ejusdem
Sedis Nuncios & quosvis alios, quacunque alia autoritate fungentes, nunc
& pro tempore existentes, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judi-
candi, declarandi, & interpretandi facultate & autoritate, semper & u-
bique judicari & definiti debere, ac irritum & inane, quicquid secus su-
per his a quoquam quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit,
attentari decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitu-
tionibus & Ordinationibus Apostolicis tam generalibus, quam specialibus,
etiam in Conciliis universalibus editis, & quatenus opus sit, Nostra & Can-
cellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, & Constitutione
fel. record. Pii Papæ IV. Prædecessoris nostri, de Gratiis, qualecunque Inte-
resse Camera Apostolicæ concernentibus, intra certum tunc expressum
tempus in eadem Camera præsentandis & registrandis, ita ut præsentem nul-
lo unquam tempore in eadem Camera præsentari seu registrari necesse sit,
legibus quoque Imperialibus & municipalibus, nec non quibusvis, etiam
juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis
Statutis, usibus & consuetudinibus, Privilegiis quoque indultis, Conces-
sionibus & literis Apostolicis, quibuscunque locis & personis etiam Impe-
riali, Regali, & alia quavis sive Ecclesiastica sive mundana dignitate ful-
gentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac specialem expressionem
requiruntibus, etiam motu, scientia, deliberatione, & Potestatis plenu-
dine, similibus etiam Consistorialiter, sub quibuscunque tenoribus, & for-
mis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque effi-
caciorebus & insolitis Clausulis & Decretis, etiam irritantibus, & alias quo-
modolibet in contrarium præmissorum, concessis, editis, factis, ac plu-
ries & iteratis vicibus confirmatis, approbatis & innovatis. Quibus om-
nibus & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eo-
rumque totis tenoribus, specialis, specifica, individua, ac de verbo ad
verbum, aut per Clausulas Generales idem importantes, mentio, seu
quævis alia expressio faciendâ, aut alia exquisita forma ad hoc servanda fo-
ret,

1650.
Octobr.

1650.
Octobr.

1650.
Octobr.

1650.
Octobr.

ret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti essent, praesentibus pro plene & sufficienter expressis & insertis, formamque in illis traditam pro servata habentes, ad praemissorum effectum specialiter & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, vt earundem praesentium Transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum & gentium in Iudicio, & extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Dat. Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die XXVI. Novembr. MDCXLVIII. Pontificatus nostri Anno quinto.

Romae & Florentiae apud Dominicum Giraffum.

M. A. Maraldus.

M. DC. L. Superiorum permissu.

NOTA.

In Editione Viennensi extat:

Romae ex Typographia Reverendae Camerae Apostolicae MDCCL. Et denuo Viennae Austriae ex Typis Matthaei Cosmerovii, in aula Coloniensi de Mandato Illustrissimi & Reverendissimi Domini, D. Camilli Mettli Archi-Episcopi Capuae, Apud Sacram Caesaream Majestatem Nuncii Apostolici, die 7. Septembr. 1650.

§. XI.

Gräfliche Oldenburgische Beschwörung contra Bremen wegen des Wessers für Zolls.

Wie viele Beschwörung der in Instrumento Pacis bestätigte Oldenburgische Wesser-Zoll verursacht habe, ist bereits verschiedentlich gemeldet worden. Nachdem nun die Stadt Bremen sich noch immer mit Gewalt gegen solchen ihrer Handlung nachtheiligen Zoll zu setzen fortfuhr, und der Graf von Oldenburg die Manutenez aus dem Friedens-Schluss dießfalls eysrig verlangte; so wurde bey der am 22. Octobr. gehaltenen Reichs-Deliberation der Schluss gefasset: Man müsse nunmehr der Stadt einmahl den Ernst zeigen, und Sie mit Nachdruck zur Gebühr anhalten; jedoch, weil allzeit erinnert worden sey, in solcher Sache, wegen allerhand Angelegenheiten, behutsam zu gehen, die man sonst von den Schweden und Holländern, welche sich in das Werck einwickeln wolten, zu gewarten hätte; So wäre das Beste, wann man in der Execution civiliter und dergestalt verführe, daß man vor allen Dingen an Ihre Kayserliche Majestät pro Declaratione Contraventionis Instrumenti Pacis, & inde

Gezeigt der Ernst wider die Stadt Bremen in dieser Sache.

demeritae Poenae Banni, schreibe, in mittelst aber, secundum Tenorem Artioris modi exequendi, an die angeslegene Creysch-ausschreibende Fürsten pro Arrestis & Repressaliis, gleichfalls Schreiben abgehen liesse, ob etwa die besagte Stadt hierdurch bewegen werden möchte, sich in einem und andern zu accommodiren. Diesen per majora gefassten Schluss lies sich auch der Würtembergische Gesandte D. Heyder, welcher doch sonst die Stadt Bremen zu vertreten hatte, gefallen, und bathe, die Ausfertigung der Schreiben nur auf 2. Tage zu suspendiren, ob etwa in dem von der Stadt Bremen erwartenden Schreiben, welches bereits zur Stelle seyn solte, eine nähere Erklärung enthalten seyn möchte. Solche Dilation wurde nun zwar verstattet; es ergab sich aber aus dem Montags darauffem gelauffenen Bremischen Antwort-Schreiben, daß solche Stadt nicht allein bey Ihren vorigen Gedancken, nemlich nicht zu pariren, beständig verblieb, sondern auch Vigore zweyer von den Kayserlichen

1650.
Octobr.